

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Secunda Secundæ Et Tertia Pars Divi Thomæ Complectitvr -
Qvæstiones Insper Ad Mores, & praxim spectantes, maximè circa
Sacramenta, accuratè declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1664

Sect. IV. Argumentorum solutione ulteriùs declaratur esse de Fide hunc
esse verum Romanum Pontificem: & quædam inquiruntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13826

TOM. II.

Si quis neget eum esse verum Pontificem, & Caput Ecclesie, quem Ecclesia semel pro tali proposuit & acceptavit, absolute tamen negat hoc esse de Fide: sicut etiam negat esse de Fide, quod hoc Concilium sit ritè confirmatum, & congregatum.

III.

Dicunt non
cōfātā sum
esse canonī
cē electū.

Idem de Summo Pontifice docet Castro do hærcibus, libro primo, cap. 9. ubi sic habet: Quamvis credere tenentur verum Petri successorem esse supremum totius Ecclesie Pastorem; non tamen tenemur eādem Fide credere, Leonem aut Clementem esse verum Petri successorem: quoniam non tenemus ex Fide Catholica credere, eorum quemlibet ritē & canonice fuisse electū. hæc ille. Eandem opinionem tenet Turrecremata libro 4. Summæ, part. 2. cap. 9. Caietanus 22. quæst. 1. art. 3. Cano, Vega, & alii, ex quibus nonnulli rem hanc non omnino ad Fidem spectare afferunt, nonnulli autem esse conclusionem Theologicam, utpote qua ex altera præmissâ de Fide, alterâ naturaliter cognoscibili deducatur.

IV.

Secunda
sententia
doceat esse de
Fide hunc
hominem
esse caput
Ecclesie.

Secunda sententia docet esse de Fide eum, qui pro vero & legitimo Pontifice est acceptatus, esse verum Pontificem, & caput Ecclesie: ita Salmeron Tomo 13. parte 3. in Epistolam ad Romanos: Suarez hic, Disputatione decimâ, Sectione quintâ, Tannerus, Hurtado, Lugo, & alii, estque communis Auctorum nostrâ Societas sententia. Valentia verò, quamvis idem doceat, hanc tamen addit limitationem, finimur ille aliquid circa Fidem definierit. Ut ab hoc ultimo incipiam,

V.

Ipsò factō
quod ali
quid defi
niat obli
gans totam
Ecclesiam,
est de Fide
cum esse ve
rum Ponti
ficem.

Dico primò: Eo ipso quod Pontifex aliquid definit, quo totam Ecclesiam ad id credendum obligat, est de Fide eum esse verum Pontificem, & caput Ecclesie: ita Valentia Disp. 1. quæst. 1. puncto 7. §. 39. & nosltri omnes. Ratio est; ipso facto enim quod hujusmodi aliquid definit, definit in actu exercito se habere auctoritatem hoc faciendi, & consequenter esse verum Pontificem, & caput Ecclesie: quemadmodum & Hagiographus dum nobis sacras literas tradit, eādem operā tradit se esse scriptorem canonicum, & quod tradit, auctoritate divinâ credendum tradere, sicut qui loquitur, dicit in actu exercito se loqui: quod similiter de definitionibus Conciliorum generalium ab omnibus dici solet.

VI.

Si quis pro
vero Ponti
fice ab om
nibus sit ad
missus, de
Fide sit eum
esse Caput
Ecclesie.

Dico secundò: Quamvis nonnulli existimant, etiamsi quis à totâ Ecclesiâ pro Pontifice sit admissus, non tamen esse de Fide cum esse verum Pontificem, & caput Ecclesie, donec aliquid definit, & actum aliquem exerceat ad totam Ecclesiam spectantem, atque in quo utitur auctoritate Papali; his inquam non obstantibus dico, eo ipso quod quis pro vero ac legitimo Pontifice sit electus, & ab omnibus acceptatus, esse de Fide eum esse caput Ecclesie, etiam antequam rem ullam definit: ita Suarez, Tannerus, & alii supra citati.

VII.

Universa
Ecclesia er
rare non
potest.

Ratio est; Impossibile namque est Ecclesiam, Columnam & firmamentum veritatis, errare, in iis praesertim rebus, quæ sunt tanti momenti, & ad Religionem spectant; maximi autem momenti est, & præcipuo quodam modo ad Religionem spectans, ut Ecclesia aliquem acceptet pro verâ regulâ Fidei, nec enim videtur illâ in re gravius errare eam aut periculosis posse, cum hic sit fundamentalis error, & à quo alii plurimi, siue non levius momenti oriri possint circa Fidem & objecta, quæ ab ipso proponuntur credenda. Errare ergo Ecclesia hæc in re non potest, nec cum

pro capite Ecclesie, & veritatis regulâ acceptare, qui talis re ipsa non est. Quare hæc acceptatio universalis videtur esse vox Dei, cui omnes & possunt & debent credere, ac proinde est de Fide hominem sic electum & acceptatum pro Romano Pontifice esse caput Ecclesie.

Hoc est præcipuum hujus secunde conclusio- VIII.
nis fundamentum: quod enim ad rem hanc pro- Alia argu-
bandam afferunt aliqui, nempe debere nos Fide menta nos
credere quæ in generali aliquo Concilio ritè con- hanc, sed
vocato definitur, ac proinde debere etiam cre- priorem
dere eum, qui Concilium illud convocat, habere potestatem id convocandi, & approbandi, sic que esse Summum Pontificem, & caput Ecclesie, cùm nullus alius potestatem habeat hoc præstan- Qua simili-
di: item cùm credere debeamus id quod definit tate credi-
Pontifex esse verum, siue oporteat fine formi- mus debu-
dine adhærente, ita eādem firmitate credere de- ia, eādem
bemus illum esse verum Romanum Pontificem, credimus si enim de hoc dubitemus, nunquam firmiter & defensiviter fine formidine adhærente possumus iis, quæ ab eo definitur, & credenda proponuntur: hæc in- esse sum-
quam solūmodo probant primam conclusio- mum Pon-
nem, & de Fide hunc esse verum Pon-
tificem, & caput Ecclesie postquam aliquid de- tificem.
finierit, non tamen probant secundam, nimurum esse de Fide cum esse verum Pontificem eo ipso quod ab Ecclesiâ pro tali admittatur, & accep-
tetur.

SECTIO QUARTA.

Argumentorum solutione ulterius de-claratur esse de Fide hunc esse verum Romanum Pontificem:
¶ quædam inquiruntur.

Obijc̄ies primò: Ut aliquid sit de Fide, I. debet esse revelatum, Deus autem nunquam revelavit hunc hominem, Alexandrum sci- ostendit effe de Fide
licet septimum esse verum Romanum Pontificem, & caput Ecclesie, ergo non est de Fide. Respon- hanc bim-
detur, hoc effe à Deo revelatum in revelatione nem effe ve-
universali; dum enim revelat Ecclesiam nullâ un- rum Pon-
quam in re erraturam, eo ipso revelat hunc ho- tificem Rom-
minem in particulari, quem Ecclesia pro vero & legitimo Summo Pontifice admittit, esse ve- num.
rum Papam, & caput Ecclesie, hic enim error, ut Sectione præcedente, numero septimo ostendi, eslet gravissimus, & omnia pessum irent, si in ipsâ Fidei regulâ Ecclesia deciperetur; sic enim Revelat
innumeris de rebus etiam ad Fidem spectantibus hominem
in eam errores irreperent, nihilque certi habe-
remus aut solidi, sed fluctuaremus, & omni ven-
to doctrina circumferremur. Ipsò factò autem cleſia.
quod revealetur hunc hominem esse caput Ecclesie, revealatur etiam, saltē mediatis; vel im-
plicitè cum effe baptizatum, & habere reliqua ad Summum Pontificem requisita, & hoc modo, non in se tantum, sed etiam quoad nos sunt de Fide. Quid verò foret si Pontifex incideret in hæresim dicetur infra num. 8. & Secl. 6. n. 5.

Objic̄ies secundò: Non est de Fide hanc numerò hæritiam esse consecratam, ergo nec hunc Non obstat
numero hominem esse caput Ecclesie. Respon- quid non
detur negando consequentiam, hanc enim ho- sit de Fide
stiam effe consecratam nullo modo vel ex reve- hanc nu-
latione constat, vel evidente sequela ex propo- mero hæ-
sitione revelata deducitur, multo minus in cā secratam, includitur,

includitur, cum quantumvis sit de Fide omnem hostiam, cui cuncta ad validam consecrationem sunt exhibita, esse consecratam, facile tamen contingere potest, ut aliquid desit ad validam consecrationem requisitum. At vero in praesenti Deus per approbationem illam universalem, qua hic homo acceptatur ab omnibus pro vero Pontifice dicit eum esse verum Pontificem, & haec communis omnium acceptatio est quaedam vox Dei hoc dicentis, ut Sectione precedente est declaratum; quando enim revelavit Deus Ecclesiam, maximè in rebus Fidei non errat, in revelatione illa universali revelat eam, hic & nunc seu in hujus hominis in particulari acceptione non errare: sicut ex hac propositione de Fide: *Omnis homo est redemptus a Christo*, sequitur hanc esse de Fide, *Petrus est redemptus a Christo*, quia in propositione illa universaliter continetur, nihil enim aliud est *Omnis homo*, quam Petrus, Paulus &c. ut ex Logisticorum praeceptionibus, ipsorum naturali discurso est manifestum.

III. Objicies tertio: Accidit aliquando ut provero Pontifice admittetur ab Ecclesiâ, qui tamen versus Pontificem non erat, ergo id quod diximus de universalis acceptatione non probat esse de Fide tamē esse verum Pontificem, & Caput Ecclesiæ. Respondeatur hoc nunquam in Ecclesiâ contigisse, nec quidquam hac de re ex antiquorum monumentis extat Fide dignum: quod enim de Joanna Papissa circumfertur, fabula est, & dudum ab Orthodoxis explosum.

IV. Quæres, cum Sectione precedente dixerimus Papam in quibusdam actionibus errare non posse, quæres inquit, quænam sint actiones illæ ratione quarum singulare hoc privilegium ei concedatur. Respondeatur, in primis non posse cum errare in decretis & dogmatibus Fidei fangiendis, sic enim totam Ecclesiam in variis, ut diximus, & gravissimos errores induceret: & idem est de decretis morum ad totam Ecclesiam spectantibus. Deinde errare nequit Pontifex in Canonizatione Sanctorum: Unde existimo cum Valentia, & aliis esse de Fide Sanctum canonizatum esse in celo: & idem mihi probabilius videtur de Beato. Præterea errare nequit Pontifex in approbatione Religionum, si enim in his errare posset, sequeretur totam Ecclesiam in Fide & moribus errare posse, siue non esset sancta, nec columna & firmamentum veritatis.

V. Inquiri hic etiam solet, an is, qui ad Summi Pontificis dignitatem est electus, possit ab illo gradu decidere, ac deponi. Posse Pontificem scipsum deponere communis est Theologorum sententia, & constat id aliquando contigisse. Imo existimo probabilius, ad hoc ut Pontifex se deponat, non esse necessarium ut vel Ecclesiæ, vel Cardinalium consensum expectet, sed liberè & pro voluntate posse cum se abdicare, cum nullum habeat sibi superiorum, sicut habent alii Episcopi, qui Pontifici Romano subsunt, quâ de causa tam liberè, & nisi illius expectatio consensu, Episcopatum resignare non possunt.

VI. Quæritur ulterius utrum ob causas alias deponi possit Pontifex, etiam si ipse in hanc sui depositionem non consentiat. Respondeatur posse: primo si incidat in perpetuam amentiam, perpetua siquidem amentia quoad usum rationis æquivalit morti, unde jure divino in hoc casu est depositus. Quod si in amentiâ, quæ perpetua censetur, depositus, iterum ad se redeat, tunc si adhibita debita diligentia ante depositionem,

prudenter judicabatur amentia esse perpetua, *Quia f. s. depositus est postea redens,* quamvis re ipsa talis non fuerit, manet etiamnum depositus, aliqui maximam in Ecclesiâ pareret confusionem, nec res tanti momenti dependere debet à futuro contingentem.

VII. Ob hæresim deponi posse Pontificem communis est Theologorum sententia: imo aliqui, ut Turrecremata, Paludanus, Castro libro secundo de justâ hæreticorum punitione, cap. 22. & 23. Salmeron tomo duodecimo, tract. 83. Tannerus hic, Disputat. i. quest. 4. numero 174. & alii assertunt, quamvis Summus Pontifex ab hominibus deponi nequeat, utpote qui in terris nullum habet superiorem, & sicut potestatem suam non ab hominibus, sed à Deo, posuit hominum electione, immediate accipit, ita nec ab hominibus privari cù potest; assertunt inquit, ictum ipso factò quod in hæresim incidat, è dignitate excidere, Deo potestatem ipsi immediate, nullaque expectatam hominum sententia seu judicio, afferente. Ratio hujus sententie est, omnis siquidem auctoritas & jurisdictio Ecclesiæ fundatur in Fide, juxta illud ad Corinthios 3. v. 11. ubi dicit Apollonus: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, prater id quod possum est:* quod Apostoli dictum S. Augustinus intelligentem esse docet de Fide: *Si Christus, inquit, est fundamentum, etiam Fides Christi.* Si ergo Fides est fundamentum Ecclesiæ, est etiam fundamentum Pontificis dignitatis, seu supremæ auctoritatis & Capitis Ecclesiæ.

VIII. Communis tamen hodie Theologorum sententia est, Pontificem etiam ob hæresim publicam non privari à Deo suâ dignitate & potestate Pontificiæ, nisi hominum haec de re judicium & sententia præceferit: & haec sententia mihi multo videtur probabilior. Si ergo accideret Papam fieri hæreticum, & hoc in re obfirmato animo publicè persistere, statim arque legitima sententia declaratoria contra eum ab Ecclesiâ est proposita, definit esse Summus Pontifex, Deus namque sicut ubi ab hominibus est electus, confert summam illam potestatem, & jurisdictionem universalem, ita ubi sententia contra eum declaratoria ab Ecclesiâ lata est, cùdem cum privat, & Pontificiæ dignitate.

Dixi deponi cum debere ob hæresim publicam; ob hæresim namque merè interiorem nullus dicit illum è dignitate Papali excidere, sed tamen hæresis debet manifestum. Quod vero in hoc casu deponi debet habemus ex Cle-

ments primi epistola primâ, ubi ait docuisse S. Petrum hæreticum Papam esse deponendum. S. Paulus etiam ad Titum 3. vers. 10. sic habet:

hæreticum hominem, post unam & secundam correctionem devita; quod si hoc in quovis hæretico homine est faciendum, quanto magis in eo qui

præficit Ecclesiæ, utpote à quo longè plus male posset procedere: & nisi talis depositio in hoc casu fieri posset, Christus in tanto periculo Ecclesiæ suam omni remedio reliquiset destitutam.

Quod si Papa in hæresim lapsus, postquam feme ac iterum est admonitus, resipiscat, non est deponendum: si vero post has admonitiones maneat contumax, aut postquam corredit se, & hæresim ejuravit, in eam denuo relabatur, potest & debet deponi. Suarez tamen assertit fieri non posse, ut verus Pontifex unquam incidat in hæresim: idem docet Bellarminus lib. 4. de Pontifice, capite 6. contraria tamen sententia multo est communior.

Quæres:

TOM. II.

X.
A quo sententia declaratoria in depositio-
na Pontificis est ferenda.

Quæres: Casu quo Pontifex ob heresim esset deponendus, à quo sententia hæc declaratoria ferri deberet. Respondetur, hoc ad omnes Ecclesiæ Episcopos, utpote Pastores ordinarios spectare, sicut ad Concilium generale, quod quamvis ad res Fidei definiendas, ut supræ diximus, à solo Papa legitimè congregari possit, in hoc tamen casu, cum Concilium congregandum sit contra Pontificem, potest legitimè vel à Cardinalibus, vel ex consensu Episcoporum congregari; quod proinde Concilium si Papa conaretur impedire, posset iure ei obsisti. Aliqui tamen existimant, non esse ad hoc necessarium ut Episcopi in unum aliquem locum conveniant, sed sufficere aīunt ut Concilia Provincialia vel Nationalia ab Archiepiscopis vel Primalibus convenerint, & Episcopi in hac sententiâ declaratoria omnes conspirent. Alli denique sententiam hanc declaratoriam dicunt ferri posse à Cardinalibus. Sed licet res hæc iis committi potuisset, sicut committitur Pontificis electio; cùm tamen nulla talis data ipsi sit ab Ecclesia communis, nec ullum extet hac de re jus Pontificium, de facto non habent hujusmodi potestatem.

XI.
Pontifex negans Fidem tamquam exterius, si hoc coactus faciat, non est deponendus.

Si vero contingat Pontificem vi coactum Fidem exterius negare, si profiteatur se invitum hoc fecisse, non est deponendus: quod aperte ostenditur in S. Marcellino. Si tamen non coactus, sed ulro & sponte negat Fidem, quantumvis posset affirmet se exterius solum hoc fecisse, interius tamen non præbuuisse consensum, eodem modo cum illo agi potest ac cum eo, qui est hereticus; Ecclesia siquidem non judicat de internis.

Quoad pravitatem merum, licet Canonistæ quidam dicant Papam ob gravia crimina, si plane sit incorrigibilis, posse deponi, communis tamen sententia est, verum Pontificem, quantumcumque perversis si moribus, deponi nihilominus non posse, cùm nullum hac de re extet jus humanum vel divinum, ex quo hoc deducatur; imo dicit Christus Matthæi 23. vers. 2. Super carthaginem Moysi fuderunt Scribe &c. & circa depositionem Pontificis solum specificatur crimen heresis. Si tamen accideret, ut Pontifex, vel ob perpetuam captivitatem, vel aliam ob causam ita impeditur, ut fungi suo munere in Ecclesiæ administratione non posset, & hoc in grave Ecclesiæ damnum cederet, teneri juxta quosdam videtur ad officio suo ac dignitatibz renunciandum: cui opinioni non parum favet Suarez hic, Disputat. 10. Sect. 6. num. 18.

Quod si Pon-
tifex fungi
officio suo
non possit.

SECTIO QUINTA.

De infallibilitate Pontificis in definiendo.

I.
Pontifex cum Concilio generali aliquid definit, totique Ecclesia credendum proponit, nullo modo errare potest. In hac conclusione Orthodoxi omnes contra sectarios id negantes convenient. Hoc ad minimum probant illæ, quæ Petro ejusque successoribus à Christo factæ sunt in sacris literis promissiones; sic Matthæi 16. vers. 18. dixit ei Christus: Tu es Petrus; & super hanc petram edificabo Ecclesiæ meam; & porta inferi non prævalebit adversus eam. Si ergo hanc instar petræ firmam & infallibilem in definendo potestatem

ullibi habeat Pontifex, maximè cum Concilio generali, quod est medium accommodatissimum ad res maturè ponderandas & modo sapientissimo decidendas. Idem habetur ex illo Lucæ 22. v. 32. Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Quam proinde veritatem tanquam certam & indubitatem tradunt unanimiter Sancti Ecclesiæ Patres.

Quæres, Utrum Romanus Pontifex, etiam extra Concilium generale definiens habeat infallibilitatem? Negant aliqui, afferentes posse Pontificem, etiam ut Pontificem, sine Concilio definitem errare, & alios in errorem falsâ definitione inducere: ita præter Erasmum, & alios similes semi-christianos, inquit Tannerus hic, Disp. 1. quæst. 4. dub. 6. docent aliquot Parisenses, ut Gerson & Almainus in libris de protestate Ecclesiæ: idem tenet Alphonsus de Castro libro primo, cap. 2. contra heres: hoc etiam affirmare videtur Ockamus, Pamormitanus, & alii.

Dicendum tamen, quicquid Romanus Pontifex, etiam extra Concilium generale definit, esse de Fide, cùmque per se habere infallibilitatem in iis, quæ hoc modo universalis Ecclesia credenda proponit: ita S. Thomas hic, quæst. 1. art. 10. & quæst. 11. art. 2. & alii: Halensis tertia parte, quæst. 4. membrum 5. Albertus Magnus, Waldensis libro secundo Doct. cap. 47. & 48. Richardus, Paludanus, & alii: Bellarminus libro de Pontifice, cap. 3. Valentia hic, quæst. 1. punct. 7. Cajetanus in Opusculo de protestate Papæ, Suarez hic, Disp. 5. Sect. 8. Tannerus hic, Disp. 1. quæst. 4. dub. 6. citique communis Thilogorum sententia.

Probatur primò ex locis Scripturæ supra, n. 1. allatis; illæ enim promissiones, ut diximus, non Romanus Pontifex, etiam extra Concilium generale, sed Petro ejusque Successoribus sunt factæ. Hinc Patres Ecclesiam Romanam appellant Matrem & Magistrum omnium Ecclesiæ. Hinc etiam in Concilio Florentino in decreto Eugenii definitur S. Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, & Romanam Pontificem esse Caput totius Ecclesiæ, & omnium Christianorum Patrem & Doctorem.

Præterea, quæ in Conciliis Provincialibus decreta ac definita sunt, accidente approbatione Pontificis confirmantur ab omnibus esse de Fide, approbando ergo secundum communem consensum Ecclesiæ, ut Pontifex reddat aliquid de Fide, non est opus Concilio generali. Deinde Pontifices, etiam facit isto à principio hanc in se potestatem agnoverunt, & plures hereses, ut Pelagii, Prisciliani, Joviniani, & Vigilantii damnarunt, quas postea tota Ecclesia hoc ipso damnavit: non est autem verisimile tot tantaque sanctitate & sapientia viros voluisse hanc potestatem injuste usurpare. Hac proinde communis est Sanctorum Patrum sententia, quos refert Bellarminus libro tertio de concilio generali. Salmeron in caput 16. Matthæi, & alii. Tandem difficillimum est Concilium generale convenire, ob maximas, quæ hac in re intervenient difficultates, & aliunde occasio frequenter accidit novam emergentem heresim dammandi, ergo non est verisimile hanc potestatem Pontificis, esse Concilio generali astrictam.

Quare hanc sententiam, posse scilicet Romanum Pontificem sine generali Concilio aliquid definire, & reddere de Fide, Suarez citatus ait esse certam de Fide: contrariam vero opinionem Bellarminus